





MORBI GALLICI. HASCHARDUS. 1554














.aliud in medio. In imo ponamus mundum, in summo deum, et in medio collocemus humanum animum. Deinde consideremus deorsum in mundo isto magnam quandam et horribilem quasi motum et confusionem, et in illa humanam distractionem animi, sursum autem apud deum perpetuam et inde stabilitatem. Post hanc imaginem quasi humani animi de hoc mundo sursum ascendentem, et in ascendendo magis semper ac magis in unum se colligentem. Et tunc spiritualiter inde potimus formam arche nostre que in imo lata fuit, et sursum in angustum surrexit, quousque ad mensuram unius cubiti in cacumine suo peruenit. Scriptum est enim: De hoc profundo, de hac ualle lacrimarum per quam data sunt itinera quasi per gradus quos deus in corde nostro dispositos ascendentes paulatim in unum colligimur, quousque ad illam simplicem unitatem, et ueram simplicitatem, eternamque stabilitatem que apud deum est pertingamus. Nemo subito perfectus fit. Sed perficiendo quisque ad perfectionem tendit. Quia quamdiu adhuc habet in quo proficere possit, nondum ad summam perfectionem peruenit. Hec si uolumus considerare possumus modum perfectionis nostre. Omnipotens enim deus cui nichil impossibile est posset utique si uellet eos quibus misereri proposuit, de laboribus et erumpnis et de periculis presentis uite, que temptationibus plena est, subito et absque dilatione ad eterne uite stabilitatem transferre. Sed uult ut electi sui per uarias tribulationes et temptationes plurimas per gaudii transeant, ut qui per multos dolores ad eum redeunt, discant quam longe ab eo peccando discesserunt. Unde enim a quo abierant peccando, penitendo non transiliunt sed reducti per gradus, ex ipsa diutina ut ita dicam itineris fatigatione agnoscunt quia de longinquo reducti sunt. Sed hec tot sunt ut hominibus gratia dei concedetur, ut tanto ardentius deum diligant, quanto se ab eo nec longe fuisse uiderint


delicto. sic p p(ro)ph(et)am ysaiam ipse p(ro)misit dicens. Adducam ab ori
ente sem(en) tuu(m). (et) ab occidente (con)gregabo te. Dicam aquiloni da. (et)
austro noli p(ro)hibere. Affer filios meos de longi(n)quo. (et) filias me
as ab extremis t(er)re. P(er) unu(m)q(uo)dq(ue) u(er)u(m) q(uo)d memor e(st) n(on) fuit. (et) ag
nosc(er)e n(on) fit. [illegible] fortassis uide q(uo)m(odo) huc p(er) diam m(odo) d(e) lo(n)
gi(n)quo adducat. (et) d(e) disp(er)sione sua i(n) unu(m) colligat. Restat nu(n)c (con)si
derem(us) q(uo)d sit res ille q(ui) sit divini i(n) q(ui)b(us) exerci oporteat animu(m).
n(on) paulati(m) assuescat se ab h(uius)m(od)i distractio(n)e distrahe. (et) ad illa(m)
su(m)ma(m) stabilitate(m). i. (con)templatio(n)e(m) d(e)i roborat(us) assurgat. Q(uo)d sic uideri p(otest).

Omnia opa dei p(ro)p(ter) ho(m)i(n)e(m) f(a)c(t)a s(un)t. siue ea
q(ue) p(er)tinent ad p(ri)ma(m) (con)dit(i)o(n)e(m) ho(m)i(n)is. siue ea q(ue) f(a)c(t)a s(un)t ad ho(m)i(n)is
rep(ar)at(i)o(n)e(m). Ad (con)dit(i)o(n)e(m) ho(m)i(n)is p(er)tinet c(re)ato mu(n)di. i. celi (et) t(er)re.
(et) o(mn)i(u)m q(ue) i(n) p(ri)mordio f(a)c(t)a e(ss)e leguntur a d(e)o. Ad rep(ar)at(i)o(n)e(m) ho(m)i(n)is
p(er)tine(n)t incarnatio u(er)bi. (et) o(mn)ia q(ue) u(e)l an(te) ip(s)am incarnatione(m) ab initio ad ip
sam p(re)figa(n)dam (et) p(re)nu(n)tiandam p(re)cesser(un)t. u(e)l q(ue) p(ost) ea(m) usq(ue) i(n) fine(m) mundi p(ro)
p(ter) ip(s)am p(re)dicandam (et) c(re)dendam fiu(n)t. Ce(terum) a(utem) illa p(ri)ma op(er)a q(ue) ad (con)di
t(i)o(n)e(m) ho(m)i(n)is p(er)tine(n)t o(mn)i(u)m d(eu)s sit. q(ui)a ip(s)e d(eu)s c(re)auit. (et) h(ec) t(em)p(or)alia b(o)na
i(n)discrete o(mn)ib(us) bonis (et) mal(is) tribuit. S(ed) illa op(er)a q(ue) ad rep(ar)at(i)o(n)e(m) ho(m)i(n)is
p(er)tine(n)t n(on) o(mn)i(u)m d(eu)s e(ss)e uoluit. s(ed) eor(um) t(antu)m q(uo)s ip(s)e an(te) t(em)p(or)a s(e)c(u)laria i(n)
p(ro)posito b(e)n(e) uolu(n)tatis sue elegit. u(t) eos c(er)to t(em)p(o)r(e) uocaret. (et) iusti
ficaret. (et) glorificaret. i(n) dilecto filio suo d(omi)no n(ost)ro ih(es)u x(rist)o. Iu(n)c e(st) q(uo)d i(n)
sic scriptura sp(irit)ualis q(ui)dam se d(eu)m uocat. n(on) e(st) illud. Ego s(um) d(eu)s abraha(m)
(et) d(eu)s ysaac. (et) d(eu)s iacob. q(ui)a sic d(eu)m e(ss)e q(uo)s c(re)auit n(on) o(mn)es redemit.
s(ed) alios p(er) m(isericordi)am saluat. (et) alios p(er) iusticiam dampnat. Ergo ea q(ue) ad rep(ar)a
t(i)o(n)e(m) ho(m)i(n)is f(a)c(t)a s(un)t. n(on) ad o(mn)es p(er)tine(n)t. s(ed) ad eos t(antu)m q(ui) salui fiu(n)t.

Leo Doorte[illegible]. pastor [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible].

160 duit[illegible]

J. Golts


251-

MORBI
GALLICI
Compendiosa Curatio.

AVTHORE
PETRO HASCHARDO
INSVLANO MEDICO
Chirurgo.

Nec citò, nec temerè.

LOVANII
Apud Ioannem waen Schotum
Bibliopolam Iuratum, sub
Castro Angelico

Cum Priuilegio Cæsareo quadriennali.
1554.

t







AD LIBRUM. CARMEN Hendecasyllabum.


I Faustis auibus Libelle, sæuam
Demolire luem, nocénsque uirus:
Et pestẽ rapidam & nigrũ uenenum:
Et cæcam rabiem, ferósque morsus
Extirpa nimium mali rebellis:
Quod sese insinuans ferit medullas
Et turpi carie resoluit ossa
Ac tabo ulceribúsque corpus implet
Et multis cruciatibus, nouóque
Torquendi genere artubus recondit
Infandam saniem: simúlque toti
Apponit scabiem cuti malignam
Nec tantum exterius suprema carpit
Aut tectas penitus uorat medullas,
Ast in perniciem rapit fluentes
Humores: cerebriq; prorsus infert
Claris spiritibus nociua damna.
Venarum quoque sanguinem peragrat,
Et cordis nitidos ferit uapores.
Intactum (breuiter) nihil relinquit

Quod non peste sui inquinet ueneni.
Hanc gens Itala Gallicam uocari
Germani scabiem ferunt Iberam
Gallis Parthenopoeus esse morbus
Fertur, sic populi luem uerendam
Abs se reijciunt, trucique nomen
Cum morbo simul execrantur omnes.
Hanc Phœbus Medicæ repertor artis
Et Phœbo satus, & nepos Machaon
Non uidêre luem, senexue Cous,
Nec quem Pergama protulêre nobis
Nam cœpit rabidum recens uenenum
Desæuire modis in orbe miris
Fœdans ora, genas, caputque totum,
Et sæuis quatiens modis, repente,
Si pars unica sauciata languet,
Iuuadit reliquas, madente tabo.
Hanc chartis breuibus breuis libelle
Ceu Tirynthius impiger ferocem
Hydram comminuis, secasque totam:
Ne rursum caput exerat renascens.

PETRVS

HASCHARDVS INsulanus Medicus Chirurgus ad Lectorem.


Irabuntur sat scio plurimi quid mihi in mẽtem venerit, post tot celebres, doctos, ac in sacra arte Peonia exercitatissimos viros scribere, de curatione morbi (quem vulgus luem Hispanicam seu Veneream vocat) Obijciẽt mihi fortasse illud Terẽtianũ, Nullum esse dictum quod non dictum sit prius, & ob id nos nihil adferre posse quod nõ sit à doctioribus viris iam ante plurimos annos disputatum. Sed profecto nulla est ars tam facilis, nec aliqua tam humilis disciplina, in qua non infinita occulãtur, que possint

sint

ſint multa etiam præclara ingenia diutiſſimè exercere, id adeo ex multis vel præcipuè nos docet Medicina, ars cũ per ſe ſcitu pulcherrima, tum vero rebus humanis vtiliſſima, in qua quotidie ſe offerũt plurima quæ diligentis hominis cogitationem & cõſiderationem teneant ſuſpenſam, quæque in eruendo ſic animi acrimoniam excitent, vt dum ſemper aliud ex alio velut è filo filum cõtinuo ductu procedit, accedẽte ad diligentiã industria, in certando quis ſeipſum vincere contendat, nouáque ſubinde inuentione quaſi cum rerum natura certare, illa ne plura offerat, an cogitantis animus ipſe ſibi velut de ſuo cõtingat, id quod nobis in hoc opere etiam accidit. Neque vero temerè aut inconſultò negotiũ hoc nobis ſuſceptum eſt, vt alium in modum ſeu

formam

*formam curandi hanc pestem Vene-
ream ad vsum commodatiorem redi-
geremus, sicut res ipsa probabit. Ac-
cedit huc sæpe ad nos delata multo-
rum laborantiũ querela, qua demùm
compulsi, vt quod dudum exercuera-
mus, gnauiter describendo proseque-
remnr, q̃uis non dubito quin plurimi
nostrum inuentum velut nouum ac
hactenus inauditum ægre recipient:
alij nostras ineptias ac ineloquenti-
am damnabũt: alij de nostris præce-
ptis tanquam viri minimè exercitati
diffident: aliter alij atque alij senti-
ent, prout diuersa hominum sunt iu-
dicia ac ingenia. Nam ita compara-
tum est hominũ natura omnium, ali-
ena melius vt videãt & iudicẽt, quàm
sua: nos autem cogitantes nihil tam
difficile esse, quin quærendo inuesti-
gari possit: proinde nihil esse in hoc*

mundo

mundo, quod ad summã perfectionẽ, vt superius dictũ est, peruenerit. & qđ non possit (vt quotidianis exẽplis patet) vsu, experientia, & exercitio aßiduo emẽdari, augmẽtari atq; perpotiri. Cum videremus etiam huius nostræ ætatis non solum ipsos Medicos, sed ipsam planè vulgi fecem omnibus fere in morbis hoc lignũ, quod ipsi vocant sanctum absque discrimine vsurp re, non potuimus nobis temperare, quin ea re vehementer cõmoueremur. Propterea hunc libellum seu compendium scribere aggressus sum in quo rationes ac experientias curandi dicti morbi gallici à nobis iam longo tempore cũ ingenti ac prospero successu laborãtium, expertas, demonstraremus. Omnes enim fere qui hũc morbũ curare aggrediũtur, à vera ipsius curatione toto cœlo deuiant.

uiant. Alij enim voluerunt hunc affectum inunctionibus Hydrargyri, aliorumq́; medicamentorũ euacuatiuorum foris applicatorũ curare, componentes multa ac diuersa vnguenta quibus miseros lõgo tempore magnis doloribus tyrannicè cruciauerunt: Alij suffumigationibus, & Balneis: alij quibusdam lauationibus & Embrochis in quæ omnia ingreditur ipse Mercurius seu Argentum viuum mortificatũ (vt ipsi vocãt) vel sublimatum, aut alio modo, vt suum tegerent fucum, hominibusque tutius imponerent præparatum, adeo vt aliqui veriti nõ sint illud eo modo puluerisatum dare per os, sciebant enim absque illo ipsos curationem nunquàm assecuturos. Rursum alij adhibitis Cauterijs, conati sunt hanc turpissimam luem euellere, alij aßiduis vehemen-

hemētibusq́ sudoribus: alij frequentibus euacuationibus, quibus omnibus, ipsi miserè ægrotis imposuerunt, nullos enim vidimus ea methodo curatos, qui aliqua praua Symptomata aut accidentia nō retinuerint, vel recidiuam nō fecerint, multos tamen sic mutilatos, nostro more postea curauimus, quamuis maiori cum difficultate. Aliquos enim vidimus appetitum omnino amisisse, alios auditu aut visu vitiari, alios in perpetuū continuis articulorum doloribus vexatos, alios ingentibus alijs accidentibus laborantes, quorū hic omnes scribere differentias, ob Laconismum omisimus. Præterea quotidianis experientijs omnibus manifestātur adeo vt ne mulieribus quidem aut pueris occulta sint qua de re dicimus nō esse tutiorē modum expellēdi hoc contagium

tagiũ ipſa administratiõe ligni Guaiaci ex India ad nos nuꝑ aduecti, qcquid aduerſus hoc dicant aut ſcribant aliq̃, tamẽ pauciſſimi. Plurimi enim viri apprimè docti ſummopere illius administrationem approbarunt, etſi inter ipſos magna ſit diſſenſio de ipſius præparatione. Anthonius enim Gallus, Ioannes Manardus, Vlrichus Huttenus, qui primus in Germania vires ipſius ligni ſuo periculo expertus eſt, nullo modo cum allijs ſimplicibus coqui permittunt: alij vero vt Alphonſus Ferrerius, Teophraſtus Paracelſus (ſicut & nos etiam) omnino ab illis diſſident, voluntq́; in ipſius præparatione addenda eſſe nonnunquam alia ſimplicia, prout diuerſi ſunt affectus & accidentia, & diuerſæ corporum temperaturæ, aliâs cum vino, aliâs

cum

cum aqua alias cum aqua & vino simul coquentes (hic enim morbus simplex non est) sicuti singulatim postea demōstrabimus, prout nos quotidie exhibemus, nō sine laude ac bono successu ipsorum laborantiū. Ratiōes quibus vnusquisque supradictorum virorum tuetur suam opinionem de industria omisimus: Illas qui petit legat Manardū in Epistolis, Anthonium Gallum in libello suo de ligno sancto nō permiscendo &c. Nos autem ad declarationem huius nostræ Methodi maturè accedimus. In hoc tamen nostro opusculo seu Epitome nihil de curatione huius morbi Hydrargyro seu Argento viuo scripsimus, vtpote quod sit valde periculosum, nisi debitè præparatū sit, præparationem verò, cùm sit valde laboriosa ac sumptuosa paucos arbitror velle

le suscipere: & quod dare huiusmodi præparatiões ab Epitome quam tra-ctamus valde alienum sit, cõsultò o-misimus, aliâs forsitã scripturi: non negamus enim ipsum Argentum vi-uum ingentem ac occultam vim ha-bere aduersus hanc pestem, sed nunc tutioribus, dunta-xat inhærebimus.



¶ QVID SIT MORBVS GALLICVS, Caput primum.


Agna inter doctos fuit olim de huius morbi nomine cõtentio, aliqui Lichenas, aliqui Mentagram, alij Asaphati vocantes, nec defuerunt qui Eelephantiasin quadam decepti similitudine putauerunt, quidã Prunam siue ignem Persicũ aut Sacrum, de quibus licet abundè videre apud Leonicenũ, Ioannẽ Manardũ ac Leonhartũ Fuchsium viros doctißimos: sed cũ non sit (præcipiente Galeno) de nominibus à Medicis litigãdum, has cõtentiones nunc omittemus (nã vt hic morbus nouus est, ita & antiqua caret nuncupatione.) Dicimusq́; hũc morbũ prius in Italia ortũ maligno astrorũ aspectu, quæ aerẽ corrumperunt,

perunt, & ob id cōtagiosum ac Epidimialē in principio sui aduētus fuisse: quippe totū vulgarium morborum genus, Galeno autore, in Epidemia, ex cœli statu proficiscitur: iā autem dūtaxat cōtagiosum, quòd astra suas influentias absoluerunt. Et à multis Neopolitanū vocatū, quod prius in illis partibus sese manifestauerit: à plurimis Gallicus est nūcupatus, quoniam eo tēpore apparuit ac irrepsit, quo Carolus Galliæ Rex in Neapolin belligerabatur, circa annū à Christo nato 1493: quidā Hispanicū vocauêre, hac ratiōe moti, qđ (vt testatur Huttenus) hic morbus vulgaris adeo sit ī Hispaniola Insula, vt apud nos puerorū variolæ & exāthemata. Inde etiā qdā à thesauro regis Hispaniæ nobis primus attulit illud lignū, quo ipse ab Insulanis curatus fuerat.

Theologi verò volunt hanc pestem à Deo in terris missam propter hominum insolentiam, id quod pulcherrimè cecinit Henricus Bebellius poeta laureatus in suis poematis sic:

Nil hominũ miserans torquebo crimina mũdi
Pestiferum morbũ uulgo qui Francica fertur
In terris mittam, quæ deformare uenusta
Corpora consueuit, uel nigra ad tartara mittet.
Vlcera cum uarijs morbis incognita mittam.
Nulla ætas tuta est, siue innuptæq; puellæ,
Si uir aut iuuenis fuerint, aut pigra senectus,
Nec infans paruus, nec præbens ubera mater.

Sed vocet cui libitum fuerit Gallicum, vocet Hispanicum (nota sunt historiæ tempora) vocet ad extremũ suo quisque arbitratu, mihi videtur rectè sic describi: Morbus Epidemialis propter nimiam aeris intemperiẽ, ac soluta continuitas ab exustis humoribus per contagium maximè in concubitu genita; à malignis quibusdam

busdam pustulis incipiens, pudenda plerumque, deinde reliquas corporis exteriores partes, occulta quadā qualitate, & caput præcipuè inficiens: dehinc intimas partes ingressa, dolores circa articulos & ossa, præcipuè noctu facit, atque abscessus duros in pessima adeò vlcera, vt ossa quoque plerumque vitient post longum tempus desinentes.

¶ QVOMODO GENERETVR HIC MORBVS Caput II.

DVplex precipuè est huius morbi origo, contagiū nēpe, & generatio. Contagia autem multiplicia sunt, sed præcipua quæ per concubitus fiunt: alia autem vt sunt dormire in ijsdē linteaminibus, vel induere vestes infectorū non sunt vsque adeo periculosa, & solum corpora rara ac ad

externa omnia facilè obnoxia inficiunt. Per generationem verò, quoniam hic morbus humores vitiat & corrumpit, vnde semen corruptum qui sic affecti sunt emittunt, & ex hoc proles vitiatæ ac corruptæ procreantur. nam teste Hippo. libro de aere, aquis & locis, semen genitale ab omnibus corporis mẽbris procedit, à sanis quidem sanũ, à morbidis morbosum & cæt. qui a talibus procreantur parentibus, curatu admodum difficiles sunt, & magis si mater fuit infecta, quoniã duplici modo inficiũtur, cùm ob generationẽ tũ ob nutritionẽ quã lactãdo accipiũt, adeò vt in hijs morbus ferè in habitũ ac naturã vertatur vt plurimũ tñ non scatent vlceribus sicuti parentes, sed sunt cacochymici ac doloribus pleni, adeò vt plerique putarint eos arthriticos esse.

¶ QVIBVS SIGNIS ET ACCIDENTIBVS DISCERNATVR HIC MORBVS

Caput III.

QVoniam plurimi atque adeò vulgares Chirurgi hodie magno detrimento omnium (præcipuè iuuenum) omnia ferè accidentia ad hunc morbum referunt, miserè hominibus imponentes, vt ab ipsis (vt opinor) plus pecuniæ emungant, non incommodum iudicauimus, huic nostro libello inserere signa, quibus potest hæc lues in principio ab alijs discerni, quæue Symptomata ac accidentia eam comitantur. Cum quis igitur primo hoc morbo capitur (prius enim humores infestat ac corrumpit quā partes præcipuas aut solidas) sentit per vniuersum corpus quandā lassitudinē vlcerosam, ac punctiones do-

lorosas cum leni febricula præser-
tim corpore excalfacto. Liquantur
enim tũc humores illi craßi ac veluti
mouentur, exacerbãturq́ue, prætereà
grauitates capitis & dolores iunctu-
rarum eoq́ue magis circa noctem, nõ-
nunquam præcessere bubones vene-
rei Gonorrheæ, aliæq; pudendorum
exulcerationes, quæ nõ debite fuerũt
curatæ & expurgatæ, cætera ex re-
latu laborantiũ Medicus intelligere
poterit. Quisquis autem hæc signa
non perceperit, sciat suum morbum
nõ esse huius generis, sed alterius cu-
iusdam fortaßis pertinacioris aut tur
pioris, eradicatuq́; difficilioris.

¶ VIRES AC NATVRA LIGNI GVAIACI, AC DE IPSIVS ELECTIONE,

Caput IIII.

Qui-

CVRATIO.

QVidam hoc lignum in tria genera distinguunt, in lignum Sanctū, Ebenum, & Guaiacum: nos autem idem genus censemus, sed diuersas species, ob diuersas in quibus reperitur & crescit regiones. Plantæ enim, Plinio & Theophrasto patrocinātibus, mutant colorem, formam, ac sæpe etiam vires, si in solum diuersum plantantur seminantúrue, ob id concludimus omne esse Ebenum, de quo plurimum veteres scripserunt, ac præsertim Dioscorides & Theophrastus. Tres igitur huius ligni Ebeni sunt species: Prima quam Guaiacum vocant densius, grauius, crassius interiore parte nigricantius, exteriore subpallida & veluti lineis quibusdā ad fuscum inclinantibus in æque distantibus per longum intersecta. Altera ad albius magis vergit exte-

rior pars neque est tam manifestis lineis distincta, nigrum tamen & ipsum colorem intrinsecus ostendit, sed minore orbe quàm præcedens. Tertia quam valentiorem esse non dubito, quoniam & acrior est & odoratior, crescitq; in regione calidiori, nempe in Insula Sancti Dominici, cuius etiam indolem (sicut & alijs simplicibus cõtingit) retinet, propterea nostro instituto non conuenit, nisi fortaßis in valde pituitosis & frigidis. Hæc autem tertia quod præcipuè lignum sanctum vocant, tam intrinsecus quàm extrinsecus albicantem colorem præ se fert, exilibusque valde lineis eius distinguitur lõgitudo. Ex tribus hisce lignis ego in casu nostro primum, prætulerim quod procul dubiò verum Ebenum Indicum esse puto, nec ab eo cætera duo, nisi fortè

nata

natalibus differre, hoc diui Ioannis Insula suppeditat multoque succulentius cæteris est, propter regionem minus perustam solibus, nam octo fere partibus, quos gradus nominant, ab Equinoctiali longius quàm Sancti Dominici Insula remota est. Vires autẽ ac temperatura omnium est calida & sicca, temperatè aperitiua omnium pororum & viscerum præcipuê hepatis, si cum medicinis has partes respicientibus (vt postea docebitur) detur. Potestque ipsius decoctio ferè in omnibus morbis ac temperaturis dari, tam calidis quàm frigidis, humidis quàm siccis, modo diuersimodè coquatur, præparetur, permisceaturque. fere enim singuli in huius ligni administratione & præparatione, in hoc vno peccarunt, quod omnes vno calceo (vt

aiunt)calceandos existimarunt, sicuti fusius in sequentibus ostendemus, cum ipsius præparationes diuersas, prout sunt diuersæ naturæ, ac diuersi morbi, dabimus. Eligatur igitur lignum quantum fieri potest magis recens, mediocris crassitudinis suis corticibus adhuc vestitum, odoratum, ac veluti gummosum seu oleaginosum, ponderosum, durissimũ, gustu suaue aliquãtum amarescente, in potione tamen subacidum, quod huiusmodi facultatibus præditum non est, emortuum ac obsoletum est. Non defuerunt tamẽ quidam qui vice huius curationẽ aggressi sunt decoctione ligni Buxi, sed quantum hi à vero aberrauêre, doctis iudicare relinquo, quum enim omnibus animantibus inuisum sit, adeo vt somnum sub hac arbore capere, cerebro vehemen-

ter incommodet, quod eius odor naturæ prorſus aduerſetur, ab illo cauendum erit: alij nō ſine optimo ſucceſſu ſcobē ligni Geniſtæ viridis decoxerunt, id quod etiam aliquando experti ſumus, tenuis enim eſt ſubſtātiæ ac per vrinam & ſudores humores pellit: Verum cum nobis tanta copia ſit ligni Guajaci non opus erit ex alijs remedium querere, quoniam ſecūdum in hac operatione nō habet.

¶ DE VARIA PREPARATIO AC DECOCTIONE LIGNI GVAIACI Caput V.

Communis modus inter Medicos præparādi hāc medicinam eſt, accipere ramenta lima, torno, vel ſcobina, aut alio inſtrumento in tenuiſsimum, quantum fieri poteſt. pul-

pulverem redacta, in decuplaque pu-
rissima aqua, vitreo vel vitreato va-
se tamdiu claro igne, nec admodum
vehementi bulita, donec tertia pars
excoquatur, quam aquam pro medi-
cata potione mane & vesperi biben-
da accipiunt. Aliā verò aquā ex
eodem quidem ligno, sed in crassius-
culas partes dissecto hoc modo pa-
rant. Sunto ligni pars vna aquæ vi-
gecupla mundóque vase, vehementi-
oreque, claro tamen igne bulliant
donec quarta tantum aquæ pars con-
sumpta sit, qua aqua inter pranden-
dum & cœnandum non alio potu
ægri vtuntur. Maior pars vulgo
accipit libram vnam dicti pulueris,
aquæ libras octo, & coquunt ad me-
dietatis consumptionem, pro prima
medicata potione bibenda mane &
vespe

vesperi: hac decoctione collata, rursum affundunt super eundem pulverem aquæ limpidissimæ libras octo, iterumque decoquunt ad consumptionem tertiæ partis, qua decoctione egri, in prandio & cœna interdiuque vtuntur quotiescunque sitiunt. Verum inter hos conficiendi modos, magis laudarim priorem, quo etiam nonnunquam vsi sumus. Sed qui huiusmodi decoctiones parant, duplici modo peccant, altero quod non debitè illas bulliant ac coquãt, altero quod vno calepodio omnes calciare velint, dãtes vnicuique laboranti eandem decoctionẽ eodemque modo paratam, quum tamen eo pacto vni noceat, alteri opituletur, sicut in sequentibus patebit. quî enim fieri posset, vt vna & eadẽ medicina

eodem modo præparata morbos omnes, & vt plurimum inuicem contrarios curet? constat enim non omnes ab omnibus similiter affici: quare difficile creditu est vnũ medicamentum naturis omnibus conuenire, fierique posse, vt naturæ quæ interdum sibi contrariæ sunt ab eodem restituantur, cum idem Aristoteli similiter se habens, semper comparatum sit facere idem, contraria enim nunquã efficiet, quod contrariorum contrariæ sint causæ, & perit quidque in cõtrarium & à crontrario. Cumq; nihil quod agit in eadem dispositione producere habeat effectus contrarios, ita vt proportio eius quod habet potẽtiã contraria operandi, cũ se habuerit ad contraria, neutrum illorum efficiet eadem potentia. Plurimi tamen viri celeberrimi huius medicinæ permistio-

ſtionem cum alijs nullo modo ferunt: neque ego is ſum qui tantorum virorum, atque ſic de ſtudijs publicè, priuatimq́; bene meritorum, exiſtimationem eleuare ſtudeam. Sed ſi quiſquã alius, ego certe cuique teſtis eſſe locupletiſſimus potero, quàm ſit non modo laboris, ſed & periculi plenũ, in nouis ac inauditis nouorũ morborum curatiõibus verſari, quãdoquidẽ hodie Rinocerontibus plena ſunt omnia, q magis neſcio quomodo ſunt ſuſpicioſi, & ad contumeliam omnia accipiũt, nihil niſi quod ipſi faciunt aut dicunt rectum putantes. Neque ob id hunc libellum edidimus, ſed vt ex mutua huiuſmodi collatione veritas magis eniteſcat. Porrò nos potius veritati, ac noſtris quotidianis experientijs quàm opinionibus adhærere maluimus: quapropter relictis vanis

ac inutilibus disputationibus iam ad
verã præparationẽ huius medicamẽti
maturè accedimus, porro cũ hoc lignũ
medicina medicinarũ sancta ac propè
adoranda sit, & oĩm affectuum vtile
Pharmacũ, necesse erit illud pro va-
rijs morbis, variè præparari: habet
enim ingentẽ ac occultam vim expel
lendi oẽm materiã peccantẽ cùm per
vrinã, tũ per sudores. Quamobrẽ Me
dicus solers ac prudẽs esse debet, cir-
ca cognitionẽ causarũ morborum. &
corporis tẽperaturarum quandoquidẽ
multo exercitio & diligenti inqsitiõe
vniuscuiusq; rei temperatura, naturæ
facultas, & effectus cognoscẽdus est.
Nisi enim Medicus totius hominis
omniũq; eius particularũ naturã, præ
terea omniũ causarũ salubriũ insalu
briũue vires exactè & ad vnguẽ te-
nuerit, fieri nequaquã poterit vt intẽ
pera-

peratũ ad eucratõ reducat nõ ſanitatẽ tueri, & quo minus in morbos inci- dant præcauere, nõ etiã vbi iam mor bi aduenerint eoſdẽ depellere noue- rit, potius ꝓ remedio ſæpe venenũ por riget. Nã quantũ intereſt inter cæcũ aliena trepidè & cunctãter veſtigia ſequentẽ, & inter oculatũ ſecurè & expeditè incedentẽ, tantũ intereſt in- ter rationalẽ & imperitũ ſeu Empi- ricum Medicũ. Aſt qui horũ omniũ habuerit notitiã, facilè hãc noſtram medicinã omnibus accõmodabit, ad- dendo (verbi gratia) pro morbis ca- lidis plus aquæ, & minus pulueris ipſius ligni, pro frigidioribus mi- nus aquæ, ſed plus ligni. Imò ſæpe vice ipſius aquæ in frigidioribus & humidioribus addimus vinum, vel ſaltem dimidiam partem vini, aut alia ſimplicia morbi aduerſantia,

ſicuti

ſicuti poſtea exemplari demonſtra-tione declarabimus. Quibus patet quàm parum fidẽdum ſit indoctis & vulgaribus Chirurgis qui magis hãc rem tractant quàm Medici ipſi.

¶VERVS MODVS COQVENDI AC PRÆPARANDI DECOCTVM LIGNI GVAIACI
Caput VI.

PRo vera & exacta huius medicamenti decoctione. Recipe pulverem Guaiaci tenuiſſimum hunc in vaſe lapideo ſeu vitreo ſuperiori parte ſtricto, pones cum aquæ aut vini tali quantitate, atque affectus requirit pro quo præparas talem decoctionem, deinde diligenter obſtruè orificium vaſis, adeo vt nullus vapor inde exhalare poſſit: poſtea pone dictũ vas in lebetem aquæ plenum, adeo vt ipſa aqua ſuperet ea quæ in priore

vase sunt, per spatium duorum aut trium digitorum: mitte ad ignem carbonum bene accensorum, & sic bulliant per spacium decem horarum.

Quantum emolumenti ac fructus adferat hic modus coquendi & præparandi medicamenta, licet videre ex Galeno, qui eo modo omnia medicamenta iußit confici, Item ex Ioanne Manardo Epistola quinta libri quintidecimi, ex Ioanne de Rupescissa, & in libro distillationum Raimundi Lullij. & ex recẽtioribus Hieronymi Brunsuicẽsis, Gualteri Riffij, aliorumq́ue plurimorum virorum celebriorum & Chymicorũ: eo enim pacto liquores stillaticij ac alia pharmaca coqui deberent & etiam cibus ægrotantium vulneratorumq́ue, sicuti fauentibus superis dilucidius in nostra Chirurgia demonstrabimus.

Sed nunc proh dolor, inertia nescio an magis dicam Medicorũ an Pharmacopolarum factum est, vt nullis adhibitis rationibus aut regulis omnia propter suã auaritiam, suo more tractent ac deprauent, sed de his aliâs.

¶ DE REGIMINE EORVM QVI HANC POTIONEM ASSVMVNT

Caput VII.

CVm ratio victus maxima ac potißima pars sit curationis (omnis enim ægritudo teste Galeno non semper curatur suo cõtrario, sed sæpe sufficit bene instituta victus ratio) de illa in primis aliquid à nobis dicendum est antequàm huius morbi curationẽ aggrediamur. Hoc igitur obseruabis, ne valde tenui dieta ægrũ (sicuti vulgus facit) lacessas, sed dabis

dabis illi tãtum cibi boni ſucci, quantum ipſius natura poſtulat. Nã vt inquit Hyppocrates Aphoriſmo quarto libri primi: Victus tenuis & exquiſitus in morbis longis ſemper periculoſus eſt. & Aphoriſmo quinto eiuſdem. In tenui victu ægri delinquũt quo fit vt magis lædantur. Hic autem morbus ex eorum numero eſt, quare illi non conueniret huiuſmodi dieta, quoniam fames magis vires infirmat quàm conſeruat: & qui ægritudine longa laborant, vires augeare non debent, ſed bene conſeruare, aliter vſque in finem non ſufficerent, propterea hi modico bonoque victu cibandi ſunt, qui etiam ſanis conuenit, in quibus vires augere non cupimus, ſed illas ſolũ conſeruare animus eſt. Cõiectare enim oportet vt Hypp. monet Aphoriſ. nono, libri primi

Num æger cum victu sufficiat perdurare citra virium lapsum donec morbus consistat, Nimia enim inedia vires deijcit humidum substantificum depascit ac dissipat, caloremque naturalem extinguit adeo vt vitam hominis abbreuiet. vnde plurimi qui talem abstinentiam cum curarentur obseruauêre, postea cum ad pristinā viuendi rōem reuerterētur, in plurima ac praua inciderūt accidentia, vt sunt hydropis, cachexia, & his similia. qua de causa non erunt ægri his extremis dietis lacerandi, duntaxat abstinebunt à prauis cibis. Vtantur igitur carnibus vitulinis, ouillis, pullis, auibus monticolis, perdicibus, phasianis, & in genere omnibus quæ nata sunt bonum sanguinem procreare, ijsque assis, præcipuè in frigidioribus & humidioribus, elixis autem
in ca-

in calidioribus & ſiccioribus natu-
ris & morbis, ſed elixari ac coqui
debent, quemadmodum ſuperiori ca-
pite ſexto oſtendimus de ligno Gua-
iaco præparando, addēdo herbas con-
uenientes & ſal in quantitate ſuffi-
ciēti ad inducendū bonum ſaporem,
quāuis vulgus medicorū hoc tāquam
venenū prohibeant, nos autem nugas
eorū hoc tempore nolumus perſequi:
ſcimus illud vnū eſſe ex his quæ cor-
poris ſubſtantiam cōſeruant & con-
ſtituunt, quod manifeſtum fit ex om
nibus excrementis ab ipſo corpore
egrediētibus: ſalſa enim ſunt omnia.
Menſuram cibi iuſtam non poſſu-
mus dare, nam vnus maiori, alius mi
nori quantitate contentus eſt, prout
diuerſæ ſunt naturæ. Sed illud adde-
re oportet quod vnicuique tantum
dandum, erit quantum natura ſua re-
 quirit

quirit moderatè tamen, ita vt à mensa surgat adhuc cum appetitu, qui modus virium conseruatiuus erit, tutius tamen videtur vt cœna minor sit prãdio, quo mane dum aqua bibẽda erit sit plenè concocta. Quotidianus potus erit ipsa Guaiaci dècoctio præparata, vt in sequentibus ostendemus, qđ si vires nimis debilitẽtur dabimus in prãdio & cœna modicũ vini renensis aut alterius odoriferi lymphati ex dimidia parte dictæ decoctionis. Veruntàmen ab omni cereuisia alióque potu, & ab omni somno diurno & venere arceatur. talis erit victus ratio omnium tam Iuuenum quàm Senum & mulierum.

¶ QVOMODO CVRABVNTVR QVI SIBI VACARE POSSVNT, ET LIBERI AB EXTERNIS NEGOTIIS SVNT Caput VIII.

Qui

CVRATIO.

QVi liberi omnino ſunt, neque ciuilibus negotijs detinentur facilius cæteris curabuntur. Præcedentibus igitur tam particularibus quàm vniuerſalibus euacuationibus, prout diuerſi morbi ac humores peccantes poſtulant, mane, diluculo circiter horam quintam dabitur illis ligni decoctio ad vncias octo calida quantum ferre poterunt, pòſt cooperientur diligenter, ita vt egregiè ſudent per duas horas, ſi tantum tolerare poſsint, maneantq́ue valde quieti illo tempore vel dormiãt: poſt hæc calidis linteaminibus & mundis abſtergatur ſudor, potiſsimũ circa caput, nouoq́; induſio veſtiãtur, deinde igni lignorũ quercus bñ accẽſo accedãt, ceteraq́; veſtimẽta induãt, & leuiter tãdiu inãbulẽt p̃ cubiculũ (qđ natura aut artificio ſemp̃ tepere debet)

donec aqua è ventriculo descendisse videatur, tuncque prandeant circiter horam octauam aut paulò pòst, & prius sumant ius carnium supradicto modo coctarum, cum modico panis. αὐτοπυροῦ qui melior in hoc negotio cæteris est, postea carnes ad quantitatem antea à nobis præscriptam: à cibo rursum conueniet leuis illa deambulatio in cubiculo, vel lectio alicuius faceti autoris, aut confabulatio iucunda cum amicis, vel ludus aliquis delectabilis quo ipsi maximè delectantur. Vesperi vbi iam concoctum prandium erit, quod fiet circiter horam quartam pomeridianam, rursum viij. vncias eiusdem aquæ bibant, nō valde calidæ: deinde sudent vt supra: post horam vnam cœnent, & ad lectum se transferant, totaque nocte dormiant, eundemque

præ-

præcise ordinem per continuos dies septem seruabunt: die vero octaua ex præscriptis purgatorijs, potionibus accipient, nec eo die primam illam aquam bibent, sequenti hoc est nona die ad potum primi decocti reuertantur, eoque per alias septem dies, quo superius diximus modo vtãtur, sicque vsque in finem curationis tractentur. his nisi aluus sponte ierit Clysmatibus ex eadem aqua factis, adiecto melle rosaceo & oleo chamemelino salis modico mollienda erit, quod etiã prioribus diebus agẽdum, si oportunum videbitur, absoluta cura diebus tranquillis & serenis domum exire poterunt.

¶ QVOMODO TRACTABVNTVR SERVI, ET QVI AB EXTERNIS NEGOTIIS LIBERI NON SVNT Caput IX.

Pluri-

PLurimi adeo ſuis diuitijs addicti ſunt, vt quid ſit libertas protinus ignorent, & magis ſeruiles ipſis ſeruis ſunt· alij ob bonorum penuriam ad talem ſeruitutē rediguntur. Hi autem omnes cum ſibi vacare nō poßint, accipient ijſdem horis ac in ſimili quantitate potionem ex vino vt poſtea dicemus præparatam, ſudabuntq́ue eodem tempore, prandebunt etiam ac cœnabunt vt reliqui, pòſt exire poterunt & tractare pro lubito ſua negotia, cauentes ne exeant tempore nubiloſo aut frigido, flante borea vel auſtro, quapropter iſtis nō erit aptius tempus ipſo Vere. hoc pacto nos plurimos curauimus. Tempora ad huius morbi curationem maxime apta ſunt in primis Ver, ſecundo loco Autūmus, vltimo Hiems. Eſtas verò nullo modo conducit, niſi vehementer

menter frigidis & humidis naturis.

¶ MODVS PRÆPARANDI DECOCTIONEM PRO PITVITOSIS ET MELANCHOLICIS

Caput X.

PRo pituitosis frigidis scilicet & humidis & melancholicis, frigidis & siccis hoc pacto parabis istud salutare medicamentum. Recipe pulueris ligni Guaiaci puluerisati, vt in prĩcipio huius dictũ est vncias duodecim, aquæ fontanæ pro pauperibus libras sex, pro diuitibus vini tantundem, maceretur per diẽ & noctem, dein in vase ponatur, coquaturque vt supra demonstratum est capite sexto per decem horas: deinde coletur pro

prima

prima potione quæ mane & vesperi exhibenda erit quantum ferre poterit calida ad vncias octo. Pro secũda autem. Recipe dicti pulueris vncias sex, aquæ vel vini libras duodecim, coquantur in eodem vase per sex horas, colenturque pro secunda potione bibẽda in prãdio, cœna & interdiu.

¶ MODVS DE COQVENDI GVAIACVM PRO BILIOSIS AC SANGVINEIS,

Caput XI.

Recipe pulueris dicti ligni vncias octo, aquæ fontanæ purissimæ libras octo, macerentur atque decoquantur, prout in superioribus ostensum est, pro primo potu. Pro secundo autem: Recipe dicti pulueris vncias quatuor, aquæ libras vi. coque vt supra per quatuor horas. Qđ si huiusmodi ex illiberalibus sint, ita vt


ob negotia in cubiculo minime manere, poßint decoquendo adde vini dimidiam partem, & fac vt in alijs.

Non est quod miremini doctißimi Lectores, nos nullas decoctiones dediſſe in quibus miſceãtur cum ipſo ligno alia ſimplicia, id quod tamẽ ſuperius ſatis laudauimus, ſed id non potuimus facere, propterea quod hic morbus multis ac ſæpe diuerſis implicatur accidẽtibus, ita vt fere quot ſunt homines tot ſint etiam accidentia: quapropter in huiuſmodi miſcendis opus erit iudicio docti & experti medici, qui omnia certa cum ratione & doctrina limitet. Id circo hæc noſtra methodus ac ratio curãdi minimè conueniet ijs, qui ſine doctrina ſine ratione & experiẽtia nihil non curare ſuſcipiunt. Nolite igitur diffidere

fidere si prima fronte hic noster curandi morbi gallici modus videatur alienus & multum dissidens ab alijs: quoniam (sat scio) postquàm experti eritis, videbitis illum rationibus non carere. Neq; tædeat vos laboris istius potionis præparandæ, nam ex illa nõ paruum percipietis fructum cum laude & honore vestræ artis, & ægrorum confidentia. Nos autem nolentes talentũ Domini in terram abscõdere, voluimus vobis huius quam iam à pluribus annis non sine nostro honore & commodo exercuimus, participes facere. Bene valete nosque ad maiora conuersos in vestri gratiam studijs aliquando vacasse, si quidem hæc vobis grata fuisse intellexerimus, breui sentietis. Rursus valete.

Nec citò, nec temerè:

FINIS.



#23047